

Ierusalem *etc.* Anno tertiodecimo, Mense Novembris Vice-
simo septimo die eiusdem Undecime Indictionis apud Ba-
rolum. Ego Petrus filius qd. caroangeli de Iudice Iohanne
Barolitanus civis Infirmus Iacens recte tamen et memoriter
loqui valens. In presentia Risonis de niversa regalis Ba-
roli Iudicis, Mathei publici eiusdem terre notarii et testium
subscriberum licetatorum de eadem terra ad hoc spe-
cialiter vocatorum et rogatorum, rerum mearum disposi-
tionem feci. In qua presente mea ultima dispositione In
primis institui mihi heredem et concivem in omnibus bonis
meis tam mobilibus quam stabilibus consistentibus ubicum-
que. Item elegi mihi sepulturam in ecclesia fratrum pre-
dicatorum de Barolo in sepultura ubi fuit sepultus dictus
caroangelus pater meus. Item legavi fratribus predica-
toribus terre Baroli pro anima mea Unciam auri unam. Item
fratribus minoribus tarenos auri sex. Item fratribus sancti
Augustini tarenos auri sex. Item Monasterio sancti ste-
phani tarenos auri duos. Item Monasterio Sanctorum Sy-
monis et Iude tarenos auri duos. Item Monasterio Sancti
Andree tarenos auri duos. Item Monasterio Sancte Lucie
tarenos auri sex. Item Monasterio Sancte clare tarenos
auri duos. Item legavi Andree fratri meo Uncias auri duas.
Item legavi Alamagne de sire Iacobo tarenos auri duos.
Item legavi dompno Iohanni de Sancto stephano patrino
meo spirituali pro cantandis missis pro anima mea tarenos
auri duos. Item reliquis pro funerariis expensis meis un-
cias auri Tres. Item volui et mandavi ut subscripti execu-
tores, dispensatores presentis mee ultime dispositionis sta-
tim post mortem meam vendant domum unam meam exi-
stentem in pictagio Sancti Stephani civitatis Baroli et inter
hos fines videlicet iuxta viam publicam, iuxta domum Mar-
garite. iuxta domum Angele fornare iuxta casile heredum
Riccardi de Iudice Iohanne et de pecunia percipienda ex
ea solvant predictis legatariis meis predicta legata. Item
statui et ordinavi exeutores et dispensatores presentis